



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**S. Avrelii Avgvstini Hipponensis Episcopi Et S. R. E.
Doctoris Vita**

Lancilottus, Corneille

Antverpiæ, 1616

Cap. VIII. Docet legem in hæreticos morte Stiliconis non esse abrogatam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42857

CAPVT VIII.

*Docet legem in hereticos morte Stiliconis
non esse abrogatam.*

VIDEBANTVR iam Donatistæ non-
nihil respirare morte Stiliconis, quem
existimabant auctorem legis quæ fuerat in
hæreticos decreta. Itaque fidenter clamita-
bant derogatum esse tam crudeli edicto, se
nullis pœnis obnoxios esse, Catholicos si-
bi nequidquam insultare. Quod vbi Au-
gustinus intellexit, Olympium adiit Magi-
strum officiorum in Africâ ab Imperatore
constitutum, ab eoque contendit, vt eam
legem quæ à Theodosij magni filio pro-
fecta fuerat, haudquaquam abrogatam
esse, ac etiam tum à morte Stiliconis ratam
esse ostenderet. Vnâ quoque precibus egit
apud Donatum Africæ Præfectum, vt vl-
timarum legum obseruationi operam na-
uaret: quod ille quidem procliuis in
hoc suapte naturâ perfecit, atque hære-
ticorum cœtus, pœnarum acerbitate com-
pescuit.

CA-